



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

VIII. Vt implicati negotiis alienis ante redditam rationem clerici non  
ordinentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

uitas vestra, vt vnusquisque clericus vel laicus non communicet in aliena plebe, sine literis episcopi sui. Gratus episcopus dixit: Nisi hoc obseruatum fuerit, communio fiet <sup>\* for. pac. sim.</sup> passiuā. Nam si cum literis receptus fuerit, & concordia inter episcopos seruetur, & nemo subtilis, alterius fugiens communionem, ad alterum latenter accedit. Vniuersi dixerunt: Omnibus prouides, & clero & laicis consulis.

ANNO  
CHRISTE  
348.

## VIII.

distin. 54.  
Magnus e-  
piscopus.

Magnus episcopus Astyagensis dixit: Quid dilectioni vestræ videtur? Procuratores, \* & actores, etiam per se tutores pupillorum, si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: Si post deposita vniuersa & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint probati in omnibus, debent & cum laude, cleri (si postulati fuerint) honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum, ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt: Recte omnia statuit sanctitas tua. Ideoque ita est & nostra ista quoque sententia.

\* actores,  
tutores  
etiam &  
executo-  
res seu  
curato-  
res.

## IX.

Metus Caunensis episcopus dixit: Recte statutum est, vt obnoxii alienis negotiis non ordinentur. Tamen dimissi, & gratias referre debent, & a clericorum iniuria temperare. Et ipsis non liceat, clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus episcopus dixit: Nulli dubium est, quod omnes vel domini, vel procuratores, vel quicumque præfunt, cum audierunt saluberrima instituta Concilii, & sibi esse consultum, nec impedi-